

KEY

TO

DR. WM. SMITH'S

PRINCIPIA LATINA, PART I.

This Key is supplied to Authenticated Teachers only.



LONDON:
JOHN MURRAY, ALBEMARLE STREET.
1864.

Price Sixpence.

DR. WM. SMITH'S

LATIN AND GREEK COURSE.

PRINCIPIA LATINA, Part I. A First Latin Course. Containing a GRAMMAR, DELECTUS, EXERCISE-BOOK, and VOCABULARIES. 12mo. 3*s*. 6*d*.

PRINCIPIA LATINA, Part II. A Reading-Book. Containing FABLES, ANECDOTES, MYTHOLOGY, GEOGRAPHY, ROMAN ANTIQUITIES, and HISTORY. With Notes and a Dictionary. 12mo. 3*s*. 6*d*.

PRINCIPIA LATINA, Part III. Latin Poetry-Book. Containing:—1. EASY HEXAMETERS AND PENTAMETERS. 2. ECLOGÆ OVIDIANÆ. 3. PROSODY AND METRE. 4. FIRST LATIN VERSE-BOOK. 12mo. 3*s*. 6*d*.

PRINCIPIA LATINA, Part IV. Latin Prose Composition. Containing THE RULES OF SYNTAX, WITH COPIOUS EXAMPLES, EXPLANATIONS OF SYNONYMS, AND A SYSTEMATIC COURSE OF EXERCISES ON THE SYNTAX. 12mo. 3*s*. 6*d*.

THE STUDENT'S LATIN GRAMMAR, for the Upper FORMS. Post 8vo. 7*s*. 6*d*.

A SMALLER LATIN GRAMMAR, for the Lower Forms. 12mo. 3*s*. 6*d*.

A LATIN-ENGLISH DICTIONARY. Based upon the Works of Forcellini and Freund. Medium 8vo. 21*s*.

A SMALLER LATIN-ENGLISH DICTIONARY. Square 12mo. 7*s*. 6*d*.

A LATIN-ENGLISH VOCABULARY, arranged according TO SUBJECTS AND ETYMOLOGY. INCLUDING A FIRST LATIN-ENGLISH DICTIONARY TO PHÆDRUS, CORNELIUS NEPOS, AND CÆSAR'S GALLIC WAR. 12mo. 3*s*. 6*d*.

THE STUDENT'S GREEK GRAMMAR, for the Lower FORMS. By Professor CURTIUS. Edited by DR. WM. SMITH. Post 8vo. 7*s*. 6*d*.

CURTIUS' SMALLER GREEK GRAMMAR, for the LOWER FORMS. Abridged from the above Work. 12mo. 3*s*. 6*d*.

CURTIUS' FIRST GREEK COURSE. 12mo. 3*s*. 6*d*.

KEY

TO THE EXERCISES

IN PART I.

OF

DR. SMITH'S PRINCIPIA LATINA.

Exercise I.

1. Femina currit. 2. Feminae currunt. 3. Columba alas habet. 4. Aquilae alas habent. 5. Colonia portas habet. 6. Insula oras habet. 7. Puellae pecuniam habent. 8. Feminae pecuniam habent. 9. Colonia feminas habet. 10. Insula colonias habet. 11. Femina coronam habet. 12. Insulae rosas habent.

Exercise II.

1. Britannia est regina insularum. 2. Britannia est patria nautarum. 3. Italia est patria poetarum. 4. Incolae Britanniae sunt poetae. 5. Incolae Siciliae sunt nautae. 6. Incolae Galliae sunt agricolae. 7. Britannia est patria gloriae. 8. Amicitia est corona vitae. 9. Pugna est causa gloriae. 10. Inimicitia nautarum est causa pugnae.

Exercise III.

1. Servus currit. 2. Filii currunt. 3. Avus servum habet. 4. Filius avi servos habet. 5. Filii avi servos habent. 6. Filii domini sunt nautae. 7. Servorum filii sunt agricolae. 8. Dominus servos et equos habet. 9. Rhodanus et Rhenus sunt fluvii Europae. 10. Amici avi sunt poetae. 11. Inimici domini gladios habent. 12. Insulae fluvii ripas habent.

Exercise IV.

1. Pueri libros habent. 2. Dominus agrum pueris dat. 3. Soceri et generi agros habent. 4. Socer dat servos genero. 5. Amici libros habent. 6. Inimici ministros et agros habent. 7. Magistri dant pueris hortos. 8. Magister dat pueris columbas. 9. Avus dat magistro agros. 10. Soceri dant generis agros et tauros.

Exercise V.

1. Amici sunt donum Dei. 2. Pueri et puellae sunt gaudium avi. 3. Avus aurum et argentum pueris dat. 4. Graecia et Sicilia templa habent. 5. Templa Graeciae dona habent. 6. Socer templis aurum et argentum dat. 7. Metalla sunt causa belli. 8. Regina agros et oppida habet. 9. Regina incolis praemia dat. 10. Dominus ministris dat scuta et gladios.

Exercise VI.

A.—1. Gladius est longus. 2. Insula est longa. 3. Scuta sunt longa. 4. Servi sunt timidi. 5. Columbae sunt timidae. 6. Oppida sunt magna. 7. Templa sunt parva. 8. Scuta sunt lata. 9. Regnum est magnum. 10. Amici sunt boni.

B.—1. Regina multas insulas habet. 2. Regina incolis dat gladios. 3. Gallia multa oppida habet. 4. Templa sunt magna et splendida. 5. Filiae feminarum sunt bonae. 6. Filius bellicosae reginae acutum gladium habet. 7. Altae ripae multas rosas habent. 8. Rhodanus est magnus et latus fluvius. 9. Rosae altarum riparum sunt albae. 10. Rhodanus est rapidus Galliae fluvius.

C.—1. Discipuli magistri sunt aegri. 2. Magister librum dat puero aegro. 3. Nigri servi sunt domino molesti. 4. Magnus est numerus servorum nigrorum. 5. Splendida templi dona sunt sacra. 6. Magna est diligentia pulchrae puellae. 7. Diligentia puellae est avo grata. 8 Exemplum servorum est noxium discipulis. 9. Morbus est molestus miserae puellae. 10. Magister praemia pulchrae puellae dat.

Exercise VII.

1. Trabes longae erant. 2. Roma est urbs Italiae. 3. Dux Romanorum bellicosus erat. 4. Pax ducibus jucunda erat. 5. Rex duci urbem dat. 6. Judices benigni et justi erant. 7. Rex librum dat severo judici. 8. Morbus regi molestus est. 9. Exemplum judicibus noxium est. 10. Filii judicum severi sunt.

Exercise VIII.

1. Tempestates hieme magnae sunt. 2. Tempestas aestate molesta est. 3. Longa nox hieme jucunda est. 4. Incolae milites lapidibus occidunt. 5. Obsides pedites hastis occidunt. 6. Socii voluntas est justa. 7. Equites et pedites gladios habent. 8. Custos argenti timidus erat. 9. Puer multos lapides habet. 10. Rex multos milites et comites habet.

Exercise IX.

1. Pater judicis est justus. 2. Mater militis est aegra. 3. Obses fratrem et sororem habet. 4. Varii sunt florum colores. 5. Frater sorori florem dat. 6. Clamor militum erat magnus. 7. Calor solis est magnus. 8. Calor est aestate molestus. 9. Aggeres castrorum sunt alti. 10. Urbes praeda militum sunt.

Exercise X.

1. Leo est validus. 2. Virgines sunt timidae. 3. Multitudo hominum est infinita. 4. Miles leonem gladio occidit. 5. Pater pavonem virgini dat. 6. Calor est molestus. 7. Calor auctumno noxius est hominibus. 8. Sermones oratorum docti erant. 9. Juno et Minerva Romanorum deae erant. 10. Pavo Junoni sacer erat.

Exercise XI.

1. Cives timidi erant. 2. Valles sunt notae civibus. 3. Mater virgini vestem dat. 4. Cives hostes gladiis occidunt. 5. Rupes sunt notae civibus. 6. Valles Graeciae sunt angustae. 7. Romana classis ducem peritum habet. 8. Virgines pulchras vestes habent. 9. Clades militum magna erat. 10. Duces hostium periti erant.

Exercise XII.

A.—1. Nomen Ciceronis clarum est. 2. Opera Ciceronis clara sunt. 3. Elephanti validum corpus habent. 4. Crura elephantorum sunt parva. 5. Ora balaenarum sunt parva. 6. Elephanti capita magna, parvos oculos habent. 7. Scelera sunt judici nota. 8. Frigus virgini molestum est. 9. Tempus anni est jucundum. 10. Litus est latum.

B.—1. Mare est profundum. 2. Litora marium sunt alta. 3. Mare profundum est piscium domicilium. 4. Retia nautarum sunt aurea. 5. Rex nautis aurea retia dat. 6. Calcaria equitis sunt aurea. 7. Rex equiti aureum calcar dat. 8. Animal est validum. 9. Multa animalia sunt valida. 10. Vectigal est molestum.

Exercise XIII.

A.—1. Milites acuta arma habent. 2. Sagitta est volucris. 3. Hieme labor facilis est. 4. Aestate labor difficilis est. 5. Arma sunt militibus utilia. 6. Milites breves gladios habent. 7. Initium carminis est difficile. 8. Carmina sunt facilia. 9. Vulnera militis sunt levia. 10. Sagittae sunt acutae et volucres.

B.—1. Consilia ducis prudentia erant. 2. Elephanti animalia prudentia sunt. 3. Praeda Romanorum ingens erat. 4. Initium erat felix. 5. Romani praestantes leges habent. 6. Rex militibus praemia ingentia dat. 7. Leones sunt animalia rapacia. 8. Pater filio vetus vinum dat. 9. Praesentia tempora sunt felicia 10. Romani sunt potentes.

Exercise XIV.

A.—1. Quercus est homini utilis. 2. Urbs pulchros portus habet. 3. Scythae sagittas et arcus habent. 4. Acus sunt acutae. 5. Puella acutam acum habet. 6. Portus urbis tuti sunt. 7. Numerus portuum est magnus. 8. Auditus et visus sunt utiles animalibus. 9. Fructus ficuum est dulcis. 10. Miles leonem manu occidit.

B.—1. Genua elephantorum sunt dura. 2. Cornua cervi sunt dura. 3. Rex militi pulchrum cornu dat. 4. Magistratus sunt legum custodes. 5. Dux equitatus est audax. 6. Graecia multos portus habet. 7. Omne animal sensus habet. 8. Oculi auresque sensuum instrumenta sunt. 9. Acutae acus sunt feminis utiles 10. Peditatus duces potentes sunt.

Exercise XV.

1. Numerus dierum est infinitus. 2. Deus est omnium rerum creator. 3. Multae res sunt noxiae hominibus. 4. Mater multas res puellae dat. 5. In acie multi equites erant. 6. Equitatus in planitie erat. 7. Praemium spei initium erat. 8. Duces magnam spem victoriae habent. 9. Filiorum fides erat rara. 10. Segnities puellae matri molesta est.

Exercise XVI.

A.—1. Homines sunt mortales; dii immortales. 2. Quercus est Jovi sacra. 3. Fulmina sunt Jovis arma. 4. Multae arbores sunt dis sacrae. 5. Numerus deorum est ingens. 6. Numerus domuum (domorum) est ingens. 7. Ingentes divitiae erant in domibus civium. 8. Monumenta sunt diis sacra. 9. Jupiter multa in Italia templa habet. 10. Boves vires habent ingentes.

B.—1. Vires boum sunt ingentes. 2. Rex multas boves militibus dat. 3. Senes sunt debiles et aegri. 4. Senex aurum argentumque juveni dat. 5. Domus senis divitiarum plena est. 6. Aurum et argentum in civium domibus sunt. 7. In Romana republica multi cives fortes erant. 8. Amici reipublicae erant pauci. 9. Gramen est bobus gratum. 10. Agri sunt Jovi sacri.

Exercise XVII.

1. Totam praedam militibus dat. 2. Cicero unus erat gratus civibus. 3. Neutri molestus erat. 4. Utri dat laudem? 5. Neuter hominum habet domicilium ullum. 6. Virtus sola veros dat honores. 7. Vita est nulli bono homini molesta. 8. Roma sola erat caput urbium. 9. Neutri erat inimicus. 10. Alter civibus gratus, alter molestus erat.

Exercise XVIII.

A.—1. Viri sunt validiores quam feminae. 2. Ferrum est utilius quam aurum. 3. Lepus est animal timidissimum. 4. Nihil est praestantius quam virtus. 5. Radices quercuum sunt validissimae et longissimae. 6. Rhenus est flumen rapidissimum, *or* fluvius rapidissimus. 7. Oculi aquilae sunt acerrimi. 8. Dies sereniores sunt aestate quam hieme. 9. Hiberno tempore lux debilior est quam aestate. 10. Nihil est amicitiae perniciosius quam adulatio.

B.—1. Odor florum est suavissimus. 2. Opus est difficillimum. 3. Iter erat longissimum et asperrimum. 4. Oculi vulturis sunt acerrimi. 5. Helvetia est terra asperrima. 6. Velocissima animalia non sunt semper validissima. 7. Crura cervi sunt tenuissima. 8. Filius erat patri simillimus. 9. Bellum est multorum scelerum causa. 10. Aestate sol potentior est quam hieme.

C.—1. Odium est melius quam adulatio. 2. Plurimi homines Catoni maximam laudem dant. 3. Orator optimus non est semper civis optimus. 4. Improbissimi homines praestantissimos (optimos) occidunt. 5. Nulla civitas erat clarior quam Roma. 6. Optimi homines non sunt semper potentissimi. 7. Honorem dant optimis (praestantissimis) civibus. 8. Plurimae insulae sunt majores quam Sicilia. 9. Sicilia est insula minor quam Britannia. 10. Graeci erant doctiores quam Romani.

Exercise XIX.

1. Sapientes Graeciae erant septem. 2. Primus rex Romae erat bellicosus. 3. Occidunt decimam partem hominum. 4. In Romana legione decem cohortes erant, triginta manipuli, sexaginta centuriae. 5. Decem millia hominum in bello occidunt. 6. Secundus rex Romae erat justus et mitis. 7. Septimus rex Romae erat injustus et improbus. 8. In primo mense anni sunt dies triginta unus. 9. Roma duos consules habet. 10. Romana legio quinque millia peditum, trecentos equites habet.

Exercise XX.

A.—1. Sumus laeti. 2. Tristes estis. 3. Civis Romanus sum. 4. Contenti sunt semper laeti; divites sunt saepe tristes. 5. Si boni estis, divites estis. 6. Si diligens eris, doctus eris. 7. Improbus (homo) non est liber. 8. Indocti fuerant, nunc sunt docti. 9. Eritis divites et liberi. 10. Romana civitas erat clara.

B.—1. Este diligentes, discipuli. 2. Esto (sit) laus diligentiae praemium. 3. Este fideles, amici! 4. Esto judex justus. 5. Sunt contenti; divites sunto. 6. Nulla inimicitiae causa esto; fideles amici sumus. 7. Es justus; es probus; felix eris. 8. Este fortes, milites! 9. Sunto (sint) cives liberi, sunto beati. 10. Esto urbs militum praeda.

Exercise XXI.

1. Bonis (hominibus) non desunt amici. 2. Cicero reipublicae proderat. 3. Bonus civis patriae adest tempore periculi. 4. Segnities omnibus (hominibus) obest. 5. Alexander Magnus multis proeliis (pugnis) superfuit. 6. Dux militibus in proelio interfuit. 7. Lux omnibus animalibus prodest. 8. Dux exercitui praeest. 9. Ira multis obfuit. 10. Animus corpori superest.

Exercise XXII.

1. Tuus pater est tibi carus; meus mihi. 2. Sapientia et consilium vobis desunt, cives. 3. In te est spes omnis nostra et salus. 4. Esto (sit) tibi patria (tua) semper carissima. 5. Tua tibi segnities obest, Tite! 6. Verus amicus tibi in periculi tempore aderit. 7. Memoria operum nostrorum superest nobis. 8. In neutra pugna interfuit dux militibus. 9. Amicis (suis) proderat; inimicis oberat. 10. Nobis laeta est victoria; vobis (est) tristissima.

Exercise XXIII.

1. Hi montes altissimi sunt et asperrimi. 2. Ista segnities tibi obest, Tite. 3. Animus immortalis mortali huic corpori supererit. 4. Unus ille homo semper reipublicae obfuit. 5. Memoria unius illius diei Ciceroni jucundissima erat. 6. Istud carmen est mihi jucundissimum. 7. Hic meus filius est diligens et industrius. 8. Haec nostra vita brevis est; illa autem (est) immortalis. 9. Istae manus sunt semper industriae. 10. Hi cives reipublicae prosunt, illi obsunt.

Exercise XXIV.

A.—1. Amicum fidum habet; nunquam ei oberit. 2. Frater ipse meus est scriptor elegantissimus. 3. Qui honores dat malis (improbis) reipublicae obest. 4. Uxores ipsae Cimbrorum erant fortes. 5. Eaedem res aliis obsunt, prosunt aliis. 6. Qui reipublicae obest, sibi obest. 7. Eaedem res (eadem *neut. pl.*) non omnibus gratae (grata) sunt. 8. Ipse Demosthenes non semper civibus gratus erat. 9. Cicero est fidus amicus; ei addictus sum. 10. Cicero est scriptor elegantissimus; ejus libros legunt.

B.—1. Quis illi pugnae superfuit? 2. Quae bestia (bellua) majores habet vires quam elephantus? 3. Quis Romanorum clarior erat quam Cicero? 4. Quis illi exercitui praefuit? 5. Quis Romanorum scriptorum est elegantior quam Livius? 6. Qui sunt amicis (suis) fidelissimi, ii sunt nobis carissimi. 7. Cicero ipse maximam (summam) laudem Demostheni dat. 8. Qui sunt audacissimi, ii non sunt semper praestantissimi (optimi). 9. Bonorum liberi non sunt semper boni. 10. Ipsum periculum fortibus est gratum.

Exercise XXV.

A.—1. Domum in urbe aedificabat. 2. Bonos semper laudabo; improbos (malos) semper vituperabo. 3. Romani maximos (summos) honores bonis civibus dabant. 4. Virtute sibi clarum nomen parant. 5. Dum se milites recreabant (*or* recreant: the *pres.* is more usual), hostes vigilabant. 6. Nos domos aedificamus; alii in iis habitabunt. 7. Dux praedam militibus dabit. 8. Tu te (ipsum) vituperas, non ego te vitupero. 9. Omnes (homines) diligentiam et probitatem laudant. 10. Dum cives vigilabant (*or* vigilant: *v.* No. 5), milites arma parabant.

B.—1. Romani urbem oppugnaverunt. 2. Milites agros vastaverunt et urbem oppugnaverunt. 3. Cicero orator paravit sibi nomen clarum. 4. Urbem Corinthum splendidissimis aedificiis ornaverant. 5. Quum exercitus agros vastaverit, dux urbem oppugnabit. 6. Quum vitam tuam emendaveris, veram tibi paraveris laudem. 7. Mihi domum splendidam aedificavi; plurimos mihi amicos paravi. 8. Laudavi te, non culpavi. 9. Exercitus urbem intraverat et omnia vastaverat. 10. Si tibi veros amicos paravisti (parāsti), beatus es.

C.—1. Intrate, amici! 2. Emendate pravos (malos) istos mores, discipuli! 3. Mi fili, matrem amato! 4. Ne hanc legem mutate, cives! 5. Lauda justos bonosque. 6. Ne amicos muta (*or pl.* mutate)! 7. Dum milites pugnant, vigilanto (vigilent) cives. 8. Boni probique cives reipublicae praesunto (praesint). 9. Ne scelere tibi nomen para.

D.—1. Saepe in agris ambulabam ut animum meum recrearem (exhilararem). 2. Quis non pugnat ut patriam (suam) servet? 3. Pugnabant ut libertatem suam servarent. 4. Puerum castigat ut eum emendet. 5. Puerum castigabat ut eum emendaret. 6. Pugnamus ne hostes agros nostros vastent. 5. Agricolae arma parabant ne hostes agros suos intrarent. 8. Arma paramus ut urbem servemus. 9. Saepe in horto ambulabamus, ut nos recrearemus. 10. Domicilia aedificabamus et ornabamus ut alii in iis habitarent.

E.—1. Non erat dubium quin hostes urbem intravissent. 2. Non est dubium quin milites nostri fortiter pugnaverint. 3. Non dubito quin bonos semper laudaveritis. 4. Non dubium est quin nostri hostes superaturi sint. 5. Non dubium erat quin arma paravissent. 6. Quis dubitat quin hostes arma paraturi sint. 7. Non dubito quin nostri urbem expugnaturi sint. 8. Quis dubitat quin nostri fortiter pugnaturi sint? 9. Non dubium est quin mores suos emendaverit. 10. Quis dubitat quin bonus civis pro patria (sua) sit pugnaturus?

F.—1. Caesar urbem expugnare potest. 2. Nostri hostes superare possunt. 3. Difficile est malos mores mutare. 4. Facile est hostes superare. 5. Dux urbem intravit, gladium in manu portans. 6. In horto ambulabant cantantes seque floribus ornantes.

Exercise XXVI.

A.—1. Nos gaudebimus, vos flebitis. 2. Juvenis legibus reipublicae non paret. 3. Ne flete, o (mei) filii! respublica gaudet. 4. Bonus rex non semper civibus gratus est. 5. Gaudeo, quia civitas floret. 6. Eaedem res (eadem) non semper iisdem placent. 7. Respublica florebat. 8. Boni cives gaudebant; mali flebant. 9. Parete legibus patriae, cives! 10. Hostes domos delebant.

B.—1. Temeritas saepe ducibus nocuit. 2. Plurima (plurimas res) parentibus (nostris) debemus. 3. Quis te Latinam linguam docuit, puer? 4. Coerce linguam; lingua plurimis nocuit. 5. Cicero memorabile probitatis exemplum civibus suis praebuit. 6. Exemplum bonum civibus tuis praebe (praebeto). 7. Ne urbem delete, milites! 8. Solon Atheniensis praestantissimas leges civibus suis praebuit. 9. Linguam ille saepe coercet. 10. Cui non avium cantus voluptatem praebent.

C.—1. Quis dubitat quin saepe ducibus nocuerit temeritas? 2. Difficile est linguam coercere; difficilius est coercere iram. 3. Non dubium est quin iram coercere sit difficillimum. 4. Non dubium est quin milites urbem flentes intraverint. 5. Plurimis prodesse vera est gloria. 6. Ista lingua tibi ipsi est nocitura. 7. Curabo ut liberis meis bonum exemplum praebeam. 8. Filius patri

parere debet. 9. Non dubium est quin Solonis leges Atheniensibus profuerint. 10. Quis dubitat quin ira plurimis nocuerit?

Exercise XXVII.

A.—1. Hannibal exercitum (suum) in agros Romanos ducet. 2. Exercitum in agros Romanos ducebamus. 3. Urbem templaque deorum defendebamus. 4. Ego scribebam; tu legebas; frater pingebat. 5. Bonus civis nunquam rempublicam deseret. 6. Civitas nos defendit. 7. Corpora puerorum pallio tegam. 8. Discite carmen, pueri: est pulcherrimum. 9. Fortes mortem periculumque contemnunt. 10. Dic mihi, fili! quid tibi obfuit?

B.—1. Incendium tertiam urbis partem absumpsit. 2. Dux magnum exercitum in Italiam duxit. 3. Cimbri innumeras copias contraxerunt. 4. Caesar aciem suam instruxit. 5. Caesar flumen ponte junxit. 6. Simul ac epistolam (literas) scripsero, ambulabo. 7. Conjurationem Catilinae deteximus. 8. Rempublicam defendi juvenis. 9. Camillum triumphantem albi traxerant equi. 10. Humana contempsimus.

C.—1. Curabo ut pueri mentem excolam. 2. Non dubium est quin mentem diligenter excoluerit. 3. Cura ut valeas. 4. Quis dubitat quin sit difficillimum hominum mentes regere? 5. Quis dubitat quin legibus nos paruerimus? 6. Caesar copias suas contraxit oppidum oppugnaturus. 7. Albi equi Camilli triumphantis currum traxerunt. 8. Difficile est multas res (multa) discere. 9. Non dubium est quin semper discere debeamus. 10. Curabo ut pueros corrigam.

Exercise XXVIII.

A.—1. Milites castra muniebant. 2. Cornelia liberos suos diligenter erudivit. 3. Fili, matri obedi. 4. Dum cives custodiebant (custodiunt: *v.* Ex. XXV.), milites dormiebant. 5. Nos custodiemus et vos dormietis. 6. Haec (has res) nunc scio; heri nesciebam. 7. Non facile leonem in Europa reperies. 8. Mors omnes hujus vitae spes finit. 9. Diligenter liberos erudito (eruditote); bonos laudato (—tote); malos punito (—tote). 10. Hominem mortuum in urbe ne sepelito.

B.—1. Bonus pater liberos suos nutriet, vestiet, erudiet. 2. Quis non audivit clarissimum illum lusciniae cantum? 3. Natura terram montibus munivit. 4. Homines vinculis durissimis vinxerunt. 5. Lictor, hominem vinci! 6. Membranae tenuissimae oculos vestiunt. 7. Malos punito; bonis honorem dato; ita reipublicae proderis. 8. Cives vinculis validissimis vinciet. 9. Crudelis illa mater liberos non nutrivit suos. 10. Ne vinci hominem, miles! civis Romanus est.

C.—1. Non dubium est quin temporis longinquitas dolorem tuum mollitura sit. 2. Facile est corpus exercere; difficile est animum erudire. 3. Quis dubitat quin pater mentem filii diligenter erudierit? 4. Curabo ut dolorem vulneris molliam. 5. Non dubito quin puerum diligentissime sit eruditurus. 6. Punire non est erudire. 7. Vinculis homines vinxit, ut obedire (parere) discerent. 8. Facile est animo obedire (parere). 9. Non dubium est quin temporis longinquitas dolorem iramque molliat. 19. Qui obedire nescit, nescit imperare.

Exercise XXIX.

A.—1. Laudantur boni; mali culpantur (vituperantur). 2. Graviter vulneratus est. 3. Primo proelio superati sunt Romani. 4. Ingentes copiae ab hostibus erant paratae. 5. Templum Vestae a Numa Pompilio aedificatum est. 6. Antiochus a Romano duce superatus est. 7. Oppidum est oppugnatum. 8. Urbs ab Hannibale expugnata est. 9. Parvum est auro argentoque ornari. 10. Totus ager ab hostibus vastatus est.

B.—1. Cornelia curavit ut bene educarentur liberi sui. 2. Quis dubitat quin puer sit diligenter educatus? 3. Curabo ut puella virtutibus ornetur. 4. Non dubium est quin urbs oppugnata sit. 5. Fugari non est semper superari. 6. Parantor arma; urbis portae firmantor. 7. Curat dux (imperator) ut portae firmentur. 8. Ne culpantor boni; ne mali laudantor! 9. Fugati sumus; non autem superati sumus. 10. Non dubium est quin Pompeius a Caesare sit superatus.

EXERCISE XXX.

A.—1. Discipulus a magistro docetur. 2. Muri deleti sunt. 3. Cives territi erant. 4. Doctus es a patre tuo. 5. Magnum est bene doceri. 6. Omnes cives adventu (ejus) territi sunt. 7. Nero graviter ab omnibus civibus timebatur. 8. Non est jucundum a bonis timeri; a malis (ab improbis) timeri est jucundissimum. 9. Gnaviter exercentor liberorum corpora. 10. Monitus eras, non autem (sed non) paruisti.

B.—1. Curabat ut corpus (suum) strenue exerceretur. 2. Curabo ut pueri diligenter doceantur. 3. Curabit mater bona ut filia diligenter doceatur. 4. Non dubito quin tota urbs adventu ejus territa sit. 5. Non dubium est quin cives subito periculo territi sint. 6. Ne cives hostium adventu moveantur. 7. Curavit pater ut (nos) diligenter doceremur. 8. Curavi ut filii mei diligenter doceantur. 9. Fortes (homines) non subito terrebuntur. 10. Virtus est rerum (omnium) pulcherrima; cura ut diligenter exerceatur.

EXERCISE XXXI.

A.—1. Hannibal a Scipione victus est. 2. Respublica graviter afflicta est. 3. Ab omnibus diligebatur et amabatur. 4. Haec fabula a poetis ficta est. 5. Memoria (illius) viri semper a civibus suis coletur. 6. Detecta est conjuratio; servata est respublica. 7. A multis diligeris. 8. Oppugnatur quidem oppidum; non autem est captum. 9. Nobilissima illa pugna afflicta est Carthago. 10. Fluvius Rhenus a Caesare ponte junctus est.

B.—1. Curabo ut probe colatur. 2. Curavit ut puer probe coleretur. 3. Vehementer optamus ut hostes vincantur. 4. Cicero vehementer optavit ut omnia detegerentur. 5. Studeamus (nos) ratione regi. 6. Omnes student (se) regere non regi. 7. Dic mihi quae tibi sint scripta. 8. Dixit mihi quae essent scripta. 9. Optat puer ut curru vehatur. 10. Optabat puer ut curru veheretur.

EXERCISE XXXII.

A.—1. Britanni pellibus vestiebantur. 2. Urbes erant muniti muris lapideis. 3. Filii Ti. Gracchi diligenter a matre (sua) eruditi erant. 4. Corpora (eorum) summis honoribus sepulta sunt. 5. Puniti sunt duces quia corpora non sepeliverant. 6. Hi duo pueri diligenter a matre eruditi erant. 7. Castra non munita erant. 8. Haec nostra vita reperietur brevissima. 9. Quum urbs munita erit, cives eam defendent. 10. Urbs munitur et custodibus firmatur.

B.—1. Pueri diligenter erudiuntor. 2. Ne pueri ab improbis hominibus erudiantur. 3. Curabo ut filius (meus) diligenter erudiatur. 4. Curavi ne filius (meus) ab improbo magistro erudiatur. 5. Non est dubium quin pueri diligenter sint eruditi. 6. Quis dubitat quin melius sit a bono quam ab improbo magistro erudiri? 7. Quis dubitat quin Socrates injuste sit punitus? 8. Non turpe est injuste puniri. 9. Cura ut puer bene erudiatur. 10. Bene eruditi pueri magistrum (suum) diligunt.

EXERCISE XXXIII.

1. Aves nidos in arboribus faciunt. 2. Aquila nidum in celsa arbore fecerat. 3. Plurima (plurimas res) cupimus quae nobis non sunt necessaria. 4. Facile est versus facere; non facile est bonos facere. 5. Hostes fugiunt et castra capiuntur. 6. Ne fugite, milites! Tutius est pugnare quam fugere. 7. In terra fodiemus ut metalla reperiamus. 8. Non in humo fodiunt homines ut margaritas reperiant. 9. Validus ventus arbores quatiebat. 10. Tota illa oratio poetas sapit.

EXERCISE XXXIV.

1. Quis non lusciniae cantum admiratur? 2. Meditare haec quotidie. 3. Contemplare hanc pulchram imaginem. 4. Prodest animo celsa contemplari. 5. Contemplamini, cives, veterum exempla! 6. Tum demum beati eritis quum voluptatem contemnere didiceritis. 7. Hortabor puerum ut haec contempletur. 8. Conare magna; facies magna. 9. Curabo ut filius (meus) ea miretur (admiretur) quae sunt admiranda. 10. Non dubium est quin Romani Ciceronem sint admirati.

Exercise XXXV.

1. Veremur Dei potentiam. 2. Tuemini regem, milites! 3 (*a*). Confitere vera, puer; melius est puniri quam decipere. 3 (*b*). Intuere (intuemini) haec diligenter. 4. Dux militibus praemia pollicitus est. 5. Non dubium est quin duces militibus praemia polliciti sint. 6. Facinus confessus est, et punietur. 7. Jucundum est praeteritorum periculorum recordari. 8. Haec recordabimini, o cives, quum ex urbe (civitate) ejectus ero. 9. Miseremini rei, o judices! 10. Deos veretur.

Exercise XXXVI.

A.—1. Hac morte libertatem patriae adeptus est. 2. Quis dubitat quin hac morte gloriam immortalem adeptus sit? 3. Parvum est vita frui; magnum est vitae muneribus fungi. 4. Cura ut semper virtutis viam sequaris. 5. Omnibus his bonis frueris. 6. Quum corpus erit mortuum, tum demum vera vita fruemur. 7. Britanni lacte, carne, caseo, vescebantur. 8. Summa libertate in sua oratione usus est. 9. Divitiis utere, ne abutere. 10. Sequere nos; nos te tuebimur.

B.—1. Sapienter consulatu tuo functus es. 2. Saepe duces hortantur milites suos ut uxorum liberorumque reminiscantur. 3. Reminiscimini pristinae virtutis, milites! 4. Caesar has duas legiones proficisci jubet. 5. Parvum est cives benigne alloqui. 6. Nobilissima illa pugna apud lacum Trasimenum commissa est. 7. Ipse Caesar in fines Menapiorum profectus est. 8. Nunc pacem habemus; mox bellum geremus. 9. Regulus summos cruciatus fortiter passus est. 10. Quo die nobilissima illa pugna est commissa, natus est Euripides poeta.

Exercise XXXVII.

1. Belli fortunam experiemur. 2. Romani saepe fortunam belli experiebantur. 3. Non dubium est quin mentiri sit turpissimum. 4. Bona nostra cum liberis (nostris) partiemur. 5. Non dubium est quin hostes urbe sint potiti. 6. Virtutem nostram experiamur; hostium castris potiamur. 7. Non dubium est quin voluptas sensibus nostris blandiatur. 8. Homines virtute non fortuna metiri debemus. 9. Plurimi omnia fortuna metiuntur. 10. Consules agros militibus metientur.

Exercise XXXVIII.

1. Hannibal exercitum ad urbis portas duxit. 2. Quis dubitat quin contra virtutem sit mentiri? 3. Haec omnia penes consules sunt. 4. Dux exercitum flumen versus duxit. 5. Permultae (plurimae) aves in Britanniam aestate migrant. 6. Rhodanus flumen per lacum fluit. 7. Bonus judex secundum leges judicabit. 8. Nos intra urbem habitabimus; vos autem in agros migrabitis. 9. Castra Hannibalis prope ad urbis muros erant. 10. Luscinia trans mare hieme migrat.

Exercise XXXIX.

1. Avium cantus ab omnibus cum voluptate audiuntur. 2. Cicero librum pulcherrimum de senectute scripsit. 3. Oceanus Britanniam a Gallia dividit. 4. Haec coram omnibus militibus locutus est (dixit). 5. Dux exercitum ex urbe duxit. 6. Prae omnibus (ceteris, aliis) Demosthenes et Cicero sunt oratores clarissimi. 7. Nulla est vera gloria sine virtute. 8. Tecum in aliam terram migrabimus. 9. Pro patria, pro conjugibus (uxoribus), pro liberis, pugnamus. 10. In eadem urbe clam patre habitabat.

Exercise XL.

1. Nos in urbem veniebamus; vos in ea habitabatis. 2. Castra Hannibalis sub muris (moenibus) Romae erant. 3. In horto ambulabamus. 4. Non omnibus jucundum est in urbe habitare. 5. In parvo flumine magni pisces non capiuntur. 6. Luscinia non semper in iisdem terris manet. 7. Pompeium sub ipsis uxoris oculis occidunt. 8. Romani imperium ultra fines Europae proferent. 9. Subter terram multa sunt pulchra (multae sunt pulchrae res). 10. Hiemem versus hae aves in alias terras migrant.

Exercise XLI.

A.—1. Fortiter pugnate, milites; pro patria pugnatis! 2. Nunc vivemus jucundissime. 3. Germani fortissime pugnaverunt. 4. Orationem attentius audite, o cives! 5. Galli agros Romanorum longe lateque vastaverunt. 6. Sapientissime egistis, o cives! 7. Quis dubitat quin milites fortissime pugnaverint? 8. In hac re prudentissime egit Cicero. 9. Non facile victi sunt Galli. 10. Quis dubitat quin Deus mundum sapientissime regat?

B.—1. Facile est scribere; non facile est bene scribere. 2. Qui non attente legit, male legit. 3. Difficile erat prope ad portas accedere. 4. Proxime Hannibal ad portas urbis accessit. 5. Non dubium est quin pessime tu egeris. 6. Pejus tu egisti quam ceteri omnes! 7. Non magnum est multum scribere; maximum est bene scribere. 8. Primum omnium deos coelestes venerare. 9. Viximus jucundissime. 10. Non dubium est quin bene scribere sit difficillimum.

Exercise XLII.

1. Omnes amicis prodesse possumus. 2. Non poteris omnibus amicus esse. 3. Hannibal non potuit urbe potiri. 4. Cornelia liberos suos sapientissime erudire poterat. 5. Nemo dubitavit quin milites urbem defendere possent. 6. Omnes non possumus reges esse; omnes cives boni esse possumus. 7. Sallustium non facile legere poteris; difficilis is scriptor est. 8. Caesar hostes (suos) vincere potuit; invidiam vincere non potuit. 9. Improbi illi homines vitam aequo animo relinquere non poterunt. 10. Linguam coerce; ita animum etiam (quoque) coercere poteris.

Exercise XLIII.

A.—1. Nolumus in agris ambulare; domi manere malumus. 2. Nos legere volebamus; vos ambulare volebatis; frater pingere volebat. 3. Saltare nesciebam; scribere et legere malebam. 4. Ego legere volebam; soror autem cantare et saltare volebat. 5. Si vis beatus esse, bonorum (hominum) exempla imitare. 6. Alexander ultra Indos imperium (suum) proferre voluit. 7. Non omnes ea quae volumus adipiscimur. 8. Malo adversus hostes quam adversus invidiam pugnare. 9. Pompeius ex urbe excedere nolebat. 10. Oro te ut me comitari velis.

B.—1. Malo bonus esse quam videri. 2. Noli decipere; noli mentiri; eae res maxime amicitiae obsunt. 3. Epaminondas mentiri noluit. 4. Eadem tu vis quae ego (volo). 5. Malumus patriae utiles quam divites esse. 6. Bonus amari quam metui (timeri) malet. 7. Malo a veris amicis amari quam dives esse. 8. Veteres Romani plurimas hostias diis immolabant. 9. Pythagoras irae indulgere nolebat; coercere eam malebat. 10. Noli mala (prava) exempla sequi, mi fili!

Exercise XLIV.

1. Socrates labores patientissime ferebat. 2. Disce tu bene ferre voluptatem doloremque. 3. Cato senectutem optime tulit. 4. Non dubium est quin plurimos dolores secum senectus afferat. 5. Caesar duas cohortes equitatui auxilium ferre jussit. 6. Miseris auxilium ferre didici. 7. Nauta maris labores patienter ferre debet. 8. Vir bonus vitae labores aequo animo ferre (perferre) potest. 9. Quis indocti hujus (hominis) sermonem ferre potest? 10. Romani maximas clades aequo animo ferre sciebant.

Exercise XLV.

1. Permulti vitam silentio transeunt. 2. Exeamus castris; in urbem redeamus. 3. Caesar flumen ponte junxit, ut milites pedibus transirent. 4. Vir fortis supremum diem aequo animo obibit. 5. Romanorum millia quindecim atroci illa pugna perierunt. 6. Debemus omnes diem supremum aequo animo obire posse. 7. Post pugnam permulti fame et frigore perierunt. 8. Adeamus templa deorum. 9. Permulta silentio praetereo. 10. Munita est Italia Alpibus, altissimis montibus, quos exercitus non facile transibit.

Exercise XLVI.

1. Nemo fit casu turpissimus. 2. Grave hoc onus patientia factum leve est. 3. Non dubium est quim gravissimi dolores patientia leviores fiant. 4. Perferte

haec, o cives, facta infecta fieri (reddi) non possunt. 5. Tempore milites (nostri) (*or simply* nostri) audaciores fient. 6. Duo consules facti sunt. 7. Non dubium est quin periculum gravius sit factum tempore. 8. Hiberno tempore dies breviores et noctes longiores fiunt. 9. Tempore Philippi, Athenienses Romanorum socii facti erant. 10. Ne noxium adjuva ; ita culpae (ejus) socius fies.

Exercise XLVII.

1. Veteres Britanni se pellibus vestire solebant. 2. Nonnulla animalia et in aqua et in terra habitare solent. 3. Helvetii obsides accipere non dare solebant. 4. Gāvisi sunt Romani quum Cicero in urbem rediit. 5. Dux sibi (con-) fisus est. 6. Audete mori, cives! 7. Quum tu redieris, jam nos coenati erimus. 8. Omnes magistratus in leges jurati erant. 9. Gaudere debemus quod (quia) bellum confectum est. 10. Gavisa est tota urbs quod conjuratio erat detecta.

Exercise XLVIII.

1. Improbum illum sceleris sui non poenitet. 2. Quid nos facere oportet? 3. Te leges (con-) servare oportuit. 4. Civem cives decipere dedecet. 5. Me horum stultitiae piget taedetque. 6. Hieme raro tonat; aestate raro ningit. 7. Vesperascit; exeamus agris et in urbem redeamus. 8. Eodem die tonuit, grandinavit, ninxit, pluit. 9. Vobis urbe exire licet, cives! 10. Audete liberi esse, Romani! omnibus mori licet.

PART II.

Exercise XLIX.

1. Quid est sole splendidius? Quid virtute praestabilius? 2. Quis dubitat quin sol lunâ sit major? 3. Terra major lunâ est; sol terrâ. 4. Argentum et aurum splendidiora sunt ferro. 5. Elephantus prudentior est omnibus belluis. 6. Non est dubium quin harum rerum scientia melior sit ignoratione. 7. Caesar erat omnibus civibus potentior. 8. Quid aqua vilius (est)? quid autem utilius? 9. Melius est odium amicitiae simulatione. 10. Nemo Atheniensium Socrate clarior est.

Exercise L.

A.—1. Sole oriente, omnia fiunt splendidiora. 2. Luna orta, splendidior facta est nox. 3. Catone occiso, periit respublica. 4. His rebus factis, Caesar milites naves conscendere jubet. 5. Gallis victis, Caesar cum Pompeio bellum gessit. 6. His rebus auditis, exercitum ad fluminis ripas duxit. 7. Servio Tullio regnante, urbs muro lapideo munita est. 8. His rebus cognitis, in fines hostium contendit. 9. Flumine ponte juncto, milites transire jubet. 10. Militibus expositis, hostium agros vastare incepit.

B.—1. His rebus cognitis, Caesar milites statim naves conscendere jubet. 2. Cognito eorum consilio, Caesar exercitum suum in fines Cassivellauni duxit. 3. Equitatu praemisso, Caesar legiones statim subsequi jubet. 4. Multis ex hostibus interfectis, nostri ad castra rediere. 5. Hac clade audita, Cassivellaunus ad Caesarem legatos de pace mittit. 6. Imperio Indo tenus prolato, Alexander occidentem versus rediit. 7. Hoc bello confecto, pace frui poterimus. 8. Te duce, tuti erimus. 9. Senectute adepta, corpora debiliora fiunt. 10. Multis ex hostibus interfectis, exercitum in hiberna reduxit.

Exercise LI.

1. Tarquinius Superbus septimus rex Romanorum, viginti quatuor annos regnavit. 2. Murum quinquaginta pedes altum et octo pedes latum aedificant. 3. Athenarum muri (moenia) circiter quatuor millia passuum a mari aberant. 4. Turres circiter centum pedes altae erant. 5. Interfectus est Socrates annos septuaginta natus. 6. Plato unum et octoginta annos vixit. 7. Non satis est

multos vixisse annos; bene vixisse oportet. 8. Urbs Troja decem annos ob unam mulierem (feminam) obsessa est. 9. Socrates multos annos vixit. 10. Nonnulli homines plus quam centum annos vivunt.

Exercise LII.

1. Aestate Romam proficiscar. 2. Athenis cessit et Romam rediit. 3. Nos Cretam ibimus, vos Rhodum, ceteri autem in urbe manebunt. 4. His rebus factis, Caesar statim Romam rediit. 5. Roma (ex-) cessit et Luceriam profectus est. 6. Lacedaemonem me conferam; ibi tutus ero. 7. Ne Capuam proficiscere. 8. Jam consules Luceriam pervenerant. 9. Carthaginiensium legati Romam venerunt ut pacem peterent. 10. Pompeio interfecto noluit Caesar statim Romam redire.

Exercise LIII.

1. Marius et Cicero Arpini nati sunt. 2. Atticus Ciceronis amicus multos annos Athenis vixit. 3. Amicus tuus multos annos meae domi vixit. 4. Dionysius expulsus Syracusis pueros Corinthi docebat. 5. Multa mala et pira humi jacebant. 6. Cannis (apud Cannas) atrox pugna commissa est inter Romanos Hannibalemque. 7. Malo Cumis quam Romae habitare. 8. Tiberius Roma cessit et Rhodi exilium egit. 9. Plurimi duces, pauci poetae nati sunt Romae. 10. Lacedaemone et pueri et puellae diligentissime erudiebantur.

Exercise LIV.

A.—1. Scimus solem luna majorem esse. 2. Cognoscit Caesar hostes copias suas contrahere. 3. Delphorum oraculum Socratem omnium hominum sapientissimum esse dixit. 4. Flores florere (efflorescere) videmus. 5. Corpus interire scimus, animum autem immortalem esse. 6. Socrates scientiam omnibus rebus praestabiliorem esse putabat. 7. Quis non audivit Romanos ab Hannibale apud Cannas victos esse? 8. Videmus omnia Dei sapientia fieri. 9. Solem longissime a terra abesse scimus. 10. Pollicemur nos tibi fideles futuros esse.

B.—1. Justum est te me punire. 2. Verisimile est stellas soles esse. 3. Verum est nos victos esse. 4. Traditum est nobis Socratem omnium Graecorum sapientissimum fuisse. 5. Manifestum est mundum non casu factum esse. 6. Constat inter omnes scriptores Romulum primum Romanorum regum fuisse. 7. Manifestum est te errare. 8. Traditum est nobis a poetis, mulierem (feminam) belli Trojani causam fuisse. 9. Certum est animum rationi parere debere. 10. Manifestum est nos victum'iri nisi in urbe manserimus.

Exercise LV.

A.—1. Suntne haec vera? 2. Tune credis (credisne) dolorem esse malum maximum? 3. Nonne Pythagoras summus erat (fuit) philosophus? 4. Num putas me mendacem esse? 5. Num aurum sapientia praestabilius est? 6. Num tu patre sapientior es? 7. Utrum ferrum an aurum est utilius? 8. Nonne ferrum auro longe est utilius? 9. Utrum hoc an illud mavis? 10. Nonne mundus divina sapientia regitur?

B.—1. Estne verum solem esse igneum? 2. Nonne Plato est philosophorum eloquentissimus? 3. Nonne Livius et Sallustius elegantissimi scriptores sunt? 4. Nonne omnibus prodest praestanti (optimi) illius scriptoris libros legere? 5. Num tu (tune) tam stultus es ut omnia haec casu facta esse putes? 6. Estne corpus mortale? Estne animus immortalis? 7. Nonne Platonis libri harum rerum pleni sunt? 8. Utrum Sallustius an Livius scriptor est elegantior? Potesne respondere? 9. Num decet philosophum vitam (suam) deplorare? Nonne oportet (eum) fortiter agere? 10. Consentiuntne omnes philosophi de his rebus?

Exercise LVI.

A.—1. Rogabo quantae sint hostium copiae? 2. Xenophon quaesivit ex oraculo quid se facere oporteret. 3. Cupio discere ubi sint castra hostium. 4. Nescio quid me facere oporteat. 5. Dic mihi, (mi) fili, quid sis facturus. 6. Filius

nolebat dicere quid esset facturus. 7. Numera quot tela in tabernaculum conjecta sint. 8. Quaeram uter vicerit. 9. Quaerebat Socrates quid justum, quid injustum esset. 10. Magnum est scire quae sint justa, quae injusta.

B.—1. Quaere ex eo num haec sciat. 2. Dubium est num haec vera sint. 3. Incertum est, utrum probus (bonus) homo an improbus sit, *or* probusne an improbus homo sit. 4. Dubium est laudemne an culpam mereatur. 5. Rogavit num mortui frigus famemque sentirent. 6. Nescio utrum dormias an vigiles, *or* Dormiasne an vigiles nescio. 7. Dubito num statim rediturus sit. 8. Rogavit nonne urbs validissime munitus esset. 9. Hoc te rogo, num (*or* fuerisne), illa nocte in domo M. Laecae fueris? 10. Dubitasne num bonum civem deceat patriae in tempore periculi adesse?

Exercise LVII.

A.—1. Enitar ut ei persuadeam. 2. Sequitur ut voluptas non sit summum bonum. 3. Oro te ut malam fortunam patienter ferre discas. 4. Eniti debemus ne vitam (nostram) silentio transeamus. 5. Constituerunt Helvetii e finibus suis exire (emigrare), ut omni Gallia potirentur. 6. Nonne sequitur ut haec injusta sint? 7. Ita factum est ut ex omnibus nemo ad urbem rediret. 8. Ita instituti sunt Helvetii, ut obsides accipere non dare soliti sint. 9. Magnopere nitar ut me amicum putare possis. 10. Carthaginienses legatos Romam miserunt ut pacem orarent (peterent).

B.—1. Constituit murum circa castra ducere, quo tutior exercitus esset. 2. Castra munivit quo facilius hostes prohiberet. 3. Nullus dies est quin multas res miras (multa mira) audiam. 4. Quis dubitare potest quin Hannibal summus dux fuerit? 5. Nemo erat quin magnopere gauderet. 6. Facere non possum quin sperem nos victores futuros (esse). 7. Nemo tam fortis est quin nonnunquam timorem sentiat. 8. Arma paramus non ut alios oppugnemus, sed quo melius patriam defendamus. 9. Nihil aberat quin essem miserrimus. 10. Nostri (milites) castris exire non poterant quin telis opprimerentur (obruerentur).

C.—1. Per te stetit quominus oppido potiremur. 2. Nulla valetudinis infirmitas me tenebit (prohibebit) quominus ad te veniam. 3. Nihil debet civem deterrere quominus patriae in tempore periculi adsit. 4. Catonem deterrere conati sunt, quominus in foro adesset. 5. Nihil me deterrebit quominus tibi adsim. 6. Nemo nos prohibere potest quominus Deum colamus. 7. Nihil liberos deterrere debet, quominus parentibus (suis) obediant. 8. Vereor ne ex urbe ejiciamur. 9. Vereor ut nos patriamque defendere (tueri) possimus. 10. Facere non possum quin Caesarem maximum Romanorum putem.

Exercise LVIII.

1. Romam proficiscemur ludos spectatum. 2. Croesus legatos Delphos misit, de belli fortuna quaesitum. 3. Chaerephon Delphos adiit quaesitum quis esset hominum sapientissimus. 4. Dux milites pabulatum aquatumque dimisit. 5. Haec factu difficillima sunt. 6. Permulta dictu quam factu faciliora sunt. 7. Vetera vina non semper sunt gustatu dulcia. 8. Romani legatos Carthaginem de Hannibale Saguntinisque quaesitum miserunt. 9. Nefas est dictu, viri boni vitam miseram esse posse. 10. Venimus te consultum quid factu optimum sit.

Exercise LIX.

1. Permulti plura habendi cupiditate ardent. 2. Epaminondas audiendi studiosus erat. 3. Omnes non sunt bene vivendi studiosi. 4. Plurimos equos canesque venandi gratia comparavit. 5. Ne conare amicos adulando parare (adipisci). 6. Ne conare vitam mentiendo conservare. 7. Corpora edendo et bibendo aluntur. 8. Animus alitur cogitando, sentiendo, agendo. 9. Inter ambulandum de voluptate colloquebamur. 10. Juvenem decet studio cognoscendi ardere.

EXERCISE LX.

1. Colenda est virtus. 2. Quis dubitat quin metuendi dii sint? 3. Parenti ita filius est erudiendus ut virtutis legibus pareat. 4. Ii sunt admirandi qui pro patria mori ausi sunt. 5. Conservanda est (nobis) civitas; opprimenda est conjuratio. 6. Virtus non solum colenda, verum (sed) etiam amanda est. 7. Haec non sunt nobis praetereunda. 8. Prae omnibus rebus bellum strenue est gerendum. 9. Nobis oratores poetaeque sunt legendi. 10. Homini mors non est contemnenda.

EXERCISE LXI.

1. Nonne omnibus moriendum est? 2. Fortiter moriendum est, commilitones. 3. Pueris enitendum est ut parentibus (suis) placeant. 4. Summo studio enitendum est, ut respublica conservetur. 5. Non omnibus in omni re credendum est. 6. Nobis statim proficiscendum est. 7. Magnopere cupiendum est ut bellum conficiatur (finiatur). 8. Magnopere est curandum ne omni auxilio intercludamur 9. Quid nobis est faciendum, cives? Utri credendum est? 10. Ita discere oportet ut non statim obliviscamur.

EXERCISE LXII.

1. Juventus Romana ad rempublicam gerendam erudiebatur. 2. Cicero consilium iniit conjurationis opprimendae. 3. Natura animum sensibus instruxit ad res percipiendas paratis. 4. Ardebat studio patriae delendae. 5. Improbi illi homines consilium inierunt consulis interficiendi. 6. Virtus maxime in voluptate contemnenda cernitur. 7. Primus liber de morte contemnenda scriptus est. 8. Summa voluptas ex libris legendis capitur. 9. Agricolam agro suo colendo (*or pl.*) operam dare oportet. 10. Cicero summo studio, reipublicae conservandae operam dedit (*or better*, in rempublicam conservandam incubuit).

LONDON: PRINTED BY W. CLOWES AND SONS, STAMFORD STREET,
AND CHARING CROSS.